

Exodus.

30

ad moysen: Ego sum qui sum. Sic dices filiis israel. Qui est misit me ad vos. Dixitque iterum deus ad moysen. Hec dices filiis israel: Dominus deus patrum vestrorum deus abraham et deus ysaac et deus iacob: misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in eternum et hoc nomen meum in generatione et generationem. Glade congrega seniores israel et dices ad eos: Dominus deus patrum vestrorum apparuit mihi: deus abraham et deus ysaac et deus iacob dicens: Visitanus visitavi vos et vidi omnia que acciderunt vobis in egypto et dixi ut educam vos de afflictione egypti in terram chananei et ethei et ammorrei et pherez et ei et euei et iebusei ad terram fluentem lacte et melle et audient vocem tuam. Ingressi eritisque tu et seniores israel ad regem egypti et dices ad eum. Dominus deus hebreorum vocavit nos. Ibimus viam trium dierum in solitudine: ut immolemus domino deo nostro. Sed ego scio quod non dimittet vos rex egypti ut eatis: nisi per manum validam. Extendamque manum meam et percussam egyptum in cunctis mirabilibus meis que facturus sum in medio eorum. post hoc dimittet vos: daboque gratiam populo huic coram egyptiis. Et cum egrediemini non exibitis vacui: sed postulabit muliera vicina sua et ab hospita sua vasa argentea et aurea ac vestes: ponetisque eas super filios et filias vestras et spoliabitis egyptum.

III
Respondens moyses ait: Non credent mihi: neque audient vocem meam: sed dicent: non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit. Virga. Dixitque dominus. Projice eam in terram. Projecit et versa est in colubrum: ita ut fugeret moyses. Dixitque dominus: Extende manum tuam et

apprehende caudam eius. Et tendit et tenuit: versaque est in virgam. Et credant inquit quod apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum: deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Dixitque dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum prorulit leprosam instar niuis. Retrahe autem manum tuam in sinum tuum. Retrahit et protulit iterum et erat similis carni relique. Si non crediderint inquit tibi: neque audierint sermones signi prioris: credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint: neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis et effunde eam super aridam: et quicquid hauseris de fluuio: verteretur in sanguinem. Sic moyses: Obsecro domine non sum eloquens ab heri et nunc diuturnius et ex quo locutus es ad seruum tuum: impeditioris et tardioris lingue sum. Dixit dominus ad eum: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est murum et sordum: videntem et cecum? Nonne ego? Perge igitur et ego ero in ore tuo: doceboque quid loquaris. At ille. Obsecro domine inquit: mitte quem misurus es. Fecit dominus in moyse ait: Aaron frater tuus leuites: scio quod eloquens sit. Ecce ipse egredietur in occursum tuum: videntemque: leuabitur corde. Loquere ad eum et pone verba mea in ore eius: et ego ero in ore tuo et in ore illius: et ostendam vobis quid agere debeat. Et ipse loquetur pro te ad populum: et erit os tuum: tu autem eris et in his que ad deum pertinent. Virga quoque hac sume in manu tua: in qua facturus es signa. Abijt moyses et reuersus est ad iero locerum suum. Dixitque ei: Gladam et reuertar ad fratres meos in egyptum: ut videam si adhuc viuant. Cui ait iero: Glade in pace. Dixit ergo dominus ad moysen in iudicia: Glade et reuertere in egyptum: Mortui enim sunt